natiuitatis dñi venerit in do/
minica: quatuor tempora ce/
lebrant̃ in penultima hebdõa
qr tunc ſabbato ꝑrimo ante
natiuitatẽ agit̃ officium de vi
gilia. In vigilia natt. dñi Sta
tio ad ſcãm mariaʒ maiorem

Hodie Introitus.
ſcietis qr veniet dñs
⁊ ſaluabit vos: ⁊ ma/
ne videbitis gloriam
eius. Ps. Dñi eſt terra ⁊ plenitu/
do eius: orbis terrarũ ⁊ vniuer/
ſi qui habitãt in eo. ℣. Glła pri.

Deus qui nos Oratio.
redẽptionis noſtre an/
nua expectatione letificas: ꝓ/
ſta: vt vnigenitũ tuum quem
redemptorem leti ſuſcipimꝰ:
venienteʒ quoqʒ iudicem ſe/
curi videamꝰ. Per dominuʒ
noſtruʒ. Qui tecum. Hec oĩo
tantuʒ dicit̃: niſi vigilia vene
rit in dominica. Epła ad ro/
manos primo capitulo

FRatres: Paulus ſeruꝰ
ieſu chriſti vocatꝰ apoſtolus
ſegregatus in euãgelium dei
qđ an̄ ꝓmiſerat per prophe/
tas ſuos in ſcripturis ſanctis
de filio ſuo qui factꝰ eſt ei ex
ſemine dauid ſcđm carnem.
Qui ꝑdeſtinatus eſt filiꝰ dei
in virtute ſcđm ſpiritum ſan/
ctificationis ex reſurrectione
mortuoꝝ ieſu chriſti domini
noſtri: per quem accepimus
gratiã ⁊ apoſtolatũ ad obedi/
endum fidei in omibus gen/
tibus pro nomie eius: in qui/
bus eſtis ⁊ vos vocati ihu xp̄i
domini noſtri. Grad. Hodie
ſcietis quia veniet dominus et
ſaluabit vos: et mane videbitis
gloriaʒ eius. ℣. Qui regis iſrael
intende qui deducis velut ouem
ioſeph: qui ſedes ſuper cheru/
bin appare coram effraim beni/
amin ⁊ manaſſe. Alla. ℣. Cra/
ſtina die delebit̃ iniquitas terre
⁊ regnabit ſuꝑ nos ſaluator mũ
di. Sed non dicitur. Alleluia.
niſi vigilia venerit in domini
ca. Scđm mattheuʒ. j. capło.

CUm eſſet deſpõſata ma
ter ihu maria ioſeph: an
tequã conuenirẽt inuenta eſt
in vtero habẽs de ſpiritu ſan
cto. Joſeph aũt vir eius cum
eſſet iuſtus ⁊ nollet eaʒ tradu
cere: voluit occulte dimittere
eam. Hec aũt eo cogitãte: ec/
ce angelus domini in ſomnis
apparuit ei dicens. Joſeph fi
li dauid noli timere accipere
mariã coniugeʒ tuam. Quod
enim in ea natum eſt de ſpiri
tu ſancto eſt: Pariet autem fi/
lium et vocabis nomen eius
ieſum. Ipſe enim ſaluum faci
et pp̄łm ſuum a peccatis eoꝝ.
Offerto. Tollite portas princi/